

tamen illud est, quo ipse cruentatur. **DEUS**: hic ille labor est, qui
pro peccatis nostris suscepisse se ipse **CHRISTUS** testatur.
Dicite mihi coelum & terra, dicite Sol & Luna, dicite
vos Angeli, dicite omnes homines: num tale unquam miracu-
lum visum, auditum, lectum fuerit: num ullibi tale quid acci-
derit. Sed tacetis. Prodit & in medium vos **Eruditi**, qui
id maxime conjunctis viribus operam datis, ut **Veste** gremi-
um, remota veste, curiosis spectatoribus pateat, vos, inquam, **Natu-
rae** scrutatores, prodite, et causas sudoris hujus naturales ope-
dite. Sed tacetis. Confluite vos **Antiquitatis Secretarii**,
et similia exempla, si quae notastis, narrate. Sed tacetis. Inaud-
tum ergo est a seculis: alienum est ab omni ratione: remotum
est a natura viribus, quod optimo nostro **Servatori** contigit.
Talis agonia nunquam visa, nunquam lecta, nunquam audita. Mul-
tum quidem sanguinis in omnibus aciebus funditur; sed quanto
cum fructu? Nullo, aut certe minimo. O autem fructuo-
sissimam **CHRISTI** pugnam! Tua, optime **Servator**, acies est
inestimabilis: nobilissima siquidem spolia ex ea ad nos redun-
dant. Sanguineus ille tuus sudor presentissimum deficientis
anima est refrigerium: ipse enim aether ira divina mitigat.
Sed ut ad hortum olivei redeam, ecce pauca heic de
eo proferre lubet. Plantaverat in principio creationis **DEUS**
amoenisimum paradisi hortum, hortum varietate arborum, quas
alebant, intuentium oculos maxime pascentem: Et Tibi, mi
JESU, hortum sepulchrum dare debebat. In horto post glo-
riosissimam resurrectionem ut hortulanus primum visus es: nunc ubi
passio, ubi cruenta pugna incipit, itidem ingresus es hortum.
Dic ergo, sodes, mi **JESU**, quamobrem id feceris. Sed quid
quero? Facillimo enim negotio id patet, dummodo peccatum, quo